

## CAPIT V III.

SINE VERA PŒNITENTIA NEMINEM posse Christum & illius meritum sibi vendicare.

Num. 9. *Immundi non poterant facere Phasæ.*

**V**ERBA sunt Servatoris nostri Matt. 9. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Quibus clarè docemur, vocasse quidè Christum peccatores, verum ad Pœnitentiam; neq; quenquam accedere ad illum posse absq; Pœnitentia, sive conversione à peccatis, & fide. Nihil enim aliud est Pœnitentia, quam per veram cōtritionem doloremq; peccatis mori, perq; fidem remissionem illorum obtinere, & justitiæ vivere in Christo, adeo ut in vera Pœnitentia præcedat necessario serua divinaq; cōtritio, cor ut sic dicam dirumpens carnemque crucifigens. Vnde in cap. 6. Ep. ad Heb. Pœnitentia dicitur *opus mortuorum*, quia per ipsam abstinemus ab operibus quorum stipendium mors est. Quod nisi fiat, tum profecto meritum Christi nec hilum nobis prodest. Etenim

cum

*Quid  
vera  
Pœni-  
tentia.*